



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De maioritate & obedientia. Titulus XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

grum, per quam rescindatur & rescindi postulatur contractus, sententia, præscriptio, aditio hereditatis, alias communis iure valida, Tit. ff. de rest. in integr. & tit. seqq. tit. C. de rest. in integr. minor & titulus seqq. in quo requiritur litis contestatio, vbiunque pro actione proponitur, c. 2. hoc tit. Panor. inc. cum ex litteris num. 15. & 16. de in integr. rest. post gl. & plena probatio c. 1. in verbo manifeste apparet de in integr. rest. cap. ex litteris eodem tit. Panor. in d. c. tum ex litteris num. 16. Mynsob. 49. in fin. cent. 1. nemini datur nisi tunc demum, cum alia actio non superest; nam si communis quis est munitus auxilio, non debet ei tribui extraordinarium; l. in cause ff. de minor. 25. ann. & c. l. cum sine beneficio ff. de Carb. edit. Index 4. † supplet ad priuata: utilitatem in iure, non in his quæ sunt facti, nisi sint ei nota ut iudicii, l. vnicum C. vt quæ desunt adiuv. part. &c. & ibi gloss. pen. & D.D. c. bon. mem. cl. 1. & ibi gloss. in verbo curauimus allegari de postul. prælat. & ibi Pan. num. 9. & Can. præterquam in casibus in quibus potest detiniri ad sententiam definitiua litem non contestata, c. vnicum in verbo diligenter examinato & ibi Franc. post num. 3. vers. ultimo nota de eo qui mittit, in possess. caus. &c. in 6. c. cum nobis olim & ibi gloss. in verbo ex officio de elect. d. c. bona mem. el. 1. & ibi gloss. in verb. curauimus allegare de postul. prælat. & virobie Can.

De maioritate & obedientia.

Titulus XXXIII.

S V M M A R I A.

1. Majoritas inter sacerdotes considerantur ex quinque prærogatiis.
2. Obedientia consistit in tribus, reverentia exhibenda, iudicio subeundo, præcepto suscipiendo.
3. Inferior superiori solvere nequit vel ligare.
4. In Præcedentia materia, membra non separantur a capite.

DIGNITATVM & iudicium gradus sunt diuersi, & ordines distincti, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, concors ex diuersitate fieret contextio, c. ad hoc 89. dist. Maioritas † consideratur ex sacerdotio, quod præst imperio, & imperium lobest sacerdotio, c. solita hoc tit. c. non potest sess. 23. Inter sacerdotes maioritas consideratur ex quinque prærogatiis, Pan. in c. statuimus in 2. not. hoc tit. & ibi Anch. in 3. not. loco lessoniis, c. quam periculosem 7. quæst. 1. & ibi gloss. in verb. primatus Felin. in rubr. huius titul. sub num. 8. Tiraq. de iure primogen. in prefat. n. 13. & seq. potestate sive iurisdictione, d. c. 1. de off. Archid. c. pastoralis de off. ord. ordine, & statuimus hoc tit. c. à subdiacono 93. dist. consecratione, c. esto subiectus 95. dist. c. cum inferiorem hoc tit. antiquitate, c. 1. & ibi gloss. pen. hoc tit. Caput aq. elect. 357. part. 2. ubi limitat duabus modis, c. Episcoporum 74. dist. c. fin. in fin. 75. dist. prærogatiā ordinantis, c. per tuas hoc tit. Gemin. in c. 1. de offic. legati in 6. aumer. 9. & ibi loan. And. sub num. 1. post Hostien. ponunt undecim prærogatiis honoris, gloss. in c. lex 2. dist. in verbo maiores natu, ponit quatuor. Obedientia † consistit in tribus, reuerentia exhibenda, iudicio subeundo, præcepto suscipiendo: 93. dist. in summa & ibi gloss. reuerentia, vt minor assurgat majori, c. non oportet 1. & c. diaconus 93. dist. c. non oportet 95. dist. & minor honesta consuetudinaria servitia maiori faciat, c. statuimus in fine hoc tit. maior ordine, licet posterius receptus, præfertur in loco, & portione, d. c. statuimus in princ. & ibi gloss. pen. cap. fin. 5. præsenti de concess. præb. in 6. in ecclesijs vbi non sunt distinctæ præbendæ: Pan. in d. c. statuimus num. 1. obedientia iudicij, vel præcepti debetur eis, qui præsunt ratione administrationis, vel iurisdictionis.

ditionis, aut consecrationis, & quia frater 7.
quæst. i. c. 2. c. quod super hic cum c. seq. & c. dilecta
hoc sit. nisi ab eo absoluatur per appellatio-
nem, recusationem, ut suis locis dicetur, vel
si à prælato mouetur controversia clero, &
de persona xi. quæst. i. cap. si quis contra de foro
compet. glas. in summa 93. dist. Infrascriptæ re-
gulae perpetuae sunt: Inferior + superior
soluere nequit, vel ligare, sed superior
inferiorem ligat & absolvit: c. cum inferior
& ibi glo. 1. hoc sit. c. inferior sedes 21. dist. Con-
tra obedientiam non currit præscriptio,
quia tempus est in mala fide, c. cum non licet
& ibi gloss. 1. de præscript. c fin. de regu. l. 1. C. de
seru. fugit. in obedientia possilitas semper
subauditur, c. 1. & ibi gloss. fin. de voto cap. que-
relam c. brevis de iure. obedientia etiam
iuramento firmata, non extendit se ad ea,
quæ de iure præstanta non sunt, c. dilecti hoc
tit. & ibi glo. pen & fin. & Can. In materia +
præcedentiae membra non separantur à capite, c. 1. 12. dist. Fel. in c. pastoralis sub n. 10. de
off. deleg. & in c. cum non liceat sub n. 2. vers. gusta-
bene de præscript. & in rub. de maior. & obed. Greg.
xv. decis. 284. & ibi annot. Cum de honorifi-
centia agitur grauis causa tractati dicitur ut
fusius probat Freccia de sub feudis lib. 1. §.
sunt dubitatum in parlamento sub nu. 41. vers.
ista sunt notanda.

Te Treuga & pace.

Titulus XXXIV.

S V M M A R I A.

- 1 Treuga definitio.
- 2 Pax definitio.
- 3 Treuga sunt species due Conventionalis, & Ca-
nonica.
- 4 Pax si fuerit fracta, pertinet talis cognitio ad in-
dicem ecclesiasticum.

E Piscopi, obtinentes dignitates, & ordi-
narij debent discordantes ad concordia-
m reuocare, & sibi iniucem præstare auxi-
lium ad pacem seruandam: c. i. §. & quoniam
hoc tit. c. difßentes c. præcipimus & c. fin. 90. dist.
Iudex ex officio suo prouidet, ut vna pars
cedat liti super spiritualibus, & pro bono
pacis recipiat expensas, quas fuerat ab alia
parte, vel ut alia pars det sibi annuatim pen-
sionem; c. nisi de præb. Pan. in c. pridem num. 8. de
pact. quod obtinet etiam in criminalibus, c.
nisi de præb. Pan. in d. c. pridem n. 8. de pact. Treu-
ga + est securitas in personis & rebus, ad tem-
pus concessa, discordia nondum finita, Pax
fest finis discordia, quæ debet haberi in vo-
luntate, & bellum in necessitate, cap. fin. de
transact. Si aliquis treugam sine inducias ex
parte sua violauerit, alter nihilominus eas
obseruare debet, sed frangenti pacem: fides
frangatur eidem, loan. And. in c. peruerit tit. 2.
sub nu. 5. & ibi Butr. & Can. de iure. Myns. obs.
E. cent. 4. Treuga + sunt species duæ, alia con-
ventionalis, quæ etiam infidelibus est ser-
uanda, c. 1. & ibi gloss. 1. hoc sit. c. nisi bella & c.
noli estimare 23. quæst. 1. Alia est canonica,
quam à quarta feria post occasum solis, vs-
que ad secundam feriam, in ortu solis, ab
aduentu Domini, vsque ad octauam Epi-
phaniae, & à septuagesima, vsque ad octauam
paschæ canores inter Christianos in-
niolabiliter, ab omnibus obseruari præci-
piunt: si quis eam frangere + præsumplerit,
post tertiam monitionem, si non satisfec-
rit, sive episcopus sententiam excommu-
nicationis dictat in eum, & scriptum vici-
nis episcopis annunciat, ut nullus excom-
municato comunicet, si quis hoc violare præ-
sumperit, ordinis sui periculo subiaceat, c. i. h.
t. quia excommunicatus in uno loco est exco-
municatus per totum orbem: cap. cura sic
xi. quæst. 3. præterea tempore belli congrua
securing